Dendo

B 7
4
251
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

LIBRI
DONATI DAL
DOTTOR ANNIBALE GIULIONI
GIURISTA
Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807
e morto il 1º Dicembre 1895 in Firenze.

16 Maggio 1896

Digitized by Google

IOANN. LVDOLFI WALTHERI,

S. R. MAJ. M. BRITANN. IN ARCHIVO ELECTORALI A SECRETIS,

LEXICON IVRIDICVM

VTRIVSQVE IVRIS CORPORIS, TAM CIVILIS, QVAM CANONICI,

INDICES

EXHIBENS LOCVPLETISSIMOS.

PRAEFATIONEM,

de Neceſſitate & Vtilitate Indicum Iuris, variisque eorundem generibus, ac pretio diverſo,

PRAEMISIT

GEORGIVS HENRICVS AYRER, D.

IVRIS ANTECESSOR IN ACADEMIA GOETTINGENSI.

EDITIO DENVO EVVLGATA.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,

APVD FRANCISCVM VARRENTRAPP.

MDCCLIV.

Chiave dell' Indice a pag. XXV.

Digitized by Google

B. 7. 4. 251

Digitized by Google

Lectori Benevolo

S. P. D.

Georg. Henr. Ayrer, D.

Qui leges reipublicae oculos eſſe dixerit, eum profecto, illas ita vocantem, nihil indecens pronunciaſſe, bene omnino ſapienterque indicauit Leo Imperator, Nou. XIX. *Quemadmodum enim*, pergit, *res maxime neceſſaria eſt animali non titubans oculus, ita & reip. legum aequus & rectus ſtatus.* Vtrum vero, ſicuti plures oculi plus vident, ita etiam ſocietas ciuilis multis legibus regatur felicius, quam paucis, de eo iam olim in vtramque partem fuit diſputatum. Quodſi hac in controuerſia veteri philoſopho credas, prudentiae ciuilis laude ante alios eminenti, remp. Germanicam non adeo beatam praedicaveris, vtpote legum multitudine, ſi quaequam alia, maximopere laborantem. Neque vnius illae eiuſdemque ſunt vel generis, vel originis,

Digitized by Google

ſed pro diuerſitate tum negotiorum, ad quae reſpiciunt, tum fontium, vnde promanarunt, admodum variant. Ne quid nunc dicam de iis, quae ad ſtatum ciuitatis publicum ſpectant, nexumque inter imperantes & parentes in Germania determinant, ipſaequoque Corpus iam ſatis amplum conficientes, quantus illarum cumulus nos obruit, quae ad priuatorum cauſſas pertinent decidendas! Neque cum ſolis legibus patriis ac domeſticis nobis res eſt, quas vel a maioribus accepimus, & quarum incondita farrago ſatis iam occupare poteſt iuris ſtudioſum, vel legum latores recentiores, in ſuo quisque territorio, condiderunt, tanto quidem numero collectas, vt, quot ſunt prouinciae, tot quoque conſtitutionum ordinationumque, ſaepe ſine ordine compilatarum, corpora plerumque ſatis grandia & ſine boni indicis auxilio vix tractabilia inueniantur; ſed immenſa quoque tot peregrinarum legum volumina nobis diurna nocturnaque verſanda ſunt manu, niſi iura, in quibus verſamur quotidie, ignorare velimus. Non ſolum enim diffuſa & confuſa iuris canonici & pontificii decreta, ſub ſingularis ſanctitatis ſpecie, in fora Germanica irrepſerunt, ac prolixam ſecum taediosſamque procedendi rationem inuexerunt; ſed deinde etiam inexhauſtum illud, vti haud inique dixit non nemo, iuris Rom. cornu copiae acceſſit,

quod

quod etſi ſapientiſſimas ac plenas humanitatis & aequitatis deciſiones variorum caſuum ſaepe intricatiſſimorum contineat, multisque ſupremum & eminentiſſimum audiat, nouum tamen inde Germanis, ſtudio nouitatis ac peregrinitatis nimium quantum indulgentibus legesque Romanas ſubinde peruerſe ad noſtrae ſtatum reip. applicantibus, iurium confundendorum litiumque & multiplicandarum & procraſtinandarum natum eſt argumentum. His legum extranearum cumulis ſi addas inſecutos gloſſatorum, ineptiis ſuis illarum ſenſum ſaepe plus obſcurantium, quam illuſtrantium, commentarios, integros aliorum commentatorum exercitus, varias diſtractasque interpretum opiniones, ancipites maximasque de proedria tot iurium inter ſe diſcrepantium contentiones, ac rerum iudicatarum repugnantias, ſententiarumque communium contra communes labyrinthum, mirari deſines, tam incertos ſaepe haerere & in ſcholis doctores, & in foris iudices cauſſarumque patronos, ac in tanto iurium diuerſiſſimorum conflictu, quo ſe vertant, fere ipſos neſcire, atque hinc filo tibi Ariadnaeo dixeris opus eſſe, niſi a recto iuris tramite velis aberrare. Certe haec omnia tantis difficultatibus implicarunt breuem alias in ſe, ſi tricas inutilesque diſceptationes tollas, aequi bonique artem, iuſti ac iniuſti ſcientiam, tam lon-

Digitized by Google

gum, tam ſalebroſum tamque impeditum ad caſtae incorruptaeque Themidis ſacrarium reddiderunt iter, vt per vitae humanae breuitatem vix illud abſoluere liceat. Variae de hiſce anfractibus grauesque, nec iniuſtae iam dudum auditae ſunt querelae, variis modis tentata tam ambiguae tamque difficilis iurisprudentiae emendatio, variaque inita ſunt a cordatis ac boni publici amantibus viris conſilia viae ad legitimam ſcientiam breuioris & planioris inueniendae aperiendaeque. Nonnulli ſibi perſuaſerunt, omnium optime reip. conſultum fore, ſi, penitus ſublatis legibus poſitiuis, omnibus hominibus commune ius naturae, recta illa, vt TVLLII verbis vtar, *& a Numine diuino tracta ratio; imperans honeſta, prohibens contraria*, ſiue, vt RAEVARDVS inquit, *non tam lex conſtituta, quam humanis mentibus, velut tabellis aeneis inſculpta naturalis conſtitutio*, vnicam diiudicandarum litium, inter mortales exortarum, normam conſtitueret. Sed boni viri nec perpenderunt, rationem naturalem omnibus negotiis ciuilibus decidendis vix ſufficere, nec reputarunt ſecum mala multo maiora, quae haud dubie inde ſecutura eſſent, ſi omnia penderent ab aequitate cerebrina, cauſſarumque deciſio iudicum, pro ſuo cuiusque captu, ſaepe etiam ex partium ſtudio, ius naturae ſibi efficturorum, arbitrio relinqueretur. Alii hinc de

iu-

iure ciu. in artis formam redigendo cogitarunt, & modo rationem corporis iuris reconcinnandi, modo noui plane iurium codicis adornandi propoſuerunt. Verum enim vero, praeterquam quod haec conſultatio ſaltem ad emendandum iuris ordinem facilioresque in iurisprudentia faciendos progreſſus, non ad ipſam iuris incerti atque ambigui emendationem pertinet; eiusdem executio, ſi non impoſſibilis, valde tamen difficilis fuerit. Alii, quibus eadem de exiguo Iuris Iuſtinianei in foris Germaniae vſu ſedit ſententia quam CHRISTIANO THOMASIO, auctores ſuaſoresque fuerunt, vt ex immenſa diffuſaque legum, vel deſuetudine iam olim inumbratarum, vel reip. Germanicae ſtatui minus aptarum, optima quaeque & vſum adhuc praebitura ſeligerentur, adeoque corpus iuris in corpuſculum, Codex in Codicillum, redigeretur, quod ERNESTI FRID. KESTNERI fuit conſilium, peculiaribus ſcriptis publicatum, ſed aeque, ac alia eiuscemodi problemata, exitu ſuo caruit. Plures denique, tunc demum ſaluam expeditamque Iurisprudentiam ac felicem fore remp. exiſtimarunt, ſi in ipſis imperii comitiis iuſtitiae Germanicae emendatio ita ſuſciperetur, vt, repudiatis peregrinis & poſthabitis quoque antiquis legibus patriis, multa priſtinae barbariei veſtigia continentibus, nec magis mutato prorſus reip. ſtatui accommodandis,

quam Romani iuris apicibus, nouum prorſus legum Germanicarum, per vniuerſam Germaniam valiturarum, corpus conderetur. Quae legislatoria medela, quamuis admodum ſalutaris foret, tamdiu tamen inter res deſperatas referri debebit, quamdiu concordia diſcordantis Germaniae hac in parte, ob diuerſas territoriorum ac ſpecialium in Germania rerump. vtut communi vinculo inter ſe connexarum, rationes, fruſtra expectatur. Nec res difficultatibus vix ſuperabilibus caritura foret, ſi ſinguli ſtatus imperii pro ſua, qua quisque gaudet, poteſtate legislatoria, iura peregrina, in ſubſidium ſemel recepta, in ſuis territoriis plane abrogare vellent. Quae quum ita ſint, ferendum, quod non mutandum, & ad ſubſidia confugiendum eſt, quibus iurisprudentia noſtra, commixtione iurium tam diuerſorum tantopere conturbata atque corrupta, ſi non in integrum reſtitui penitus, ſaltem a confuſionis vitio liberari, ſtudiumque iuris facilius reddi queat. Non melius id fieri poſſe, quam diſtincta iurium ſeparandorum & rite applicandorum tractatione, probe agnouerunt, quotquot iura, quae in ſcholis vel docemus, vel diſcimus, & quibus in foris vtimur, omnia ex ſuis quaeque fontibus haurienda eſſe, monuerunt. (*a*) Hos vero nondum ſatis

(*a*) Data hoc conſilium opera perſecutus eſt

ſatis repurgatos eſſe a mendis, quibus ſcatent, vulgares librorum iuris, quæ haud exiguo numero huc vsque prodierunt, editiones, variantes lectiones in illis paſſim obuiae, diuerſiſſimaeque textuum iuris emendationes, ſaepius vrendo, ſecando, ſcindendo, transponendo ſuſceptae a criticis manibus, abunde oſtendunt. Non ſatis hinc praedicari poteſt eorum induſtria, qui reuidendis, corrigendis & magis magisque perpoliendis corporum vtriusque iuris editionibus intenti, de iurisprudentia praeclare merentur. Immortales hoc nomine debentur laudes Duumuiris celeberrimis, Perill. Boehmero, Academiae Fridericianae, & Ill. Gebavero, Georgiae Auguſtae noſtrae ornamento, quorum alter in corporis iuris canonici, alter in corporis iuris ciuilis noua editione adornanda eſt occupatus, vterque par tanto negotio, ſubſidiis vterque neceſſariis inſtructus, alter quoque *dignus tanto honore tantaque repertus felicitate*, *vt & initium* ipſi *& finis* Pandectarum reuiſionis ab exemplari illo *principali* atque egregio, quod a Brenc-

 MANNO

Perill. de WESTPHAL cum in *commentatione de diſtincta pract. ratione in iure privato Rom. Germ.* tum in *Meditat. ſuccincta de origine, ratione & fructu diſtinctae iuris Rom. & Germ. tractationis, ſ. de Medela corruptae iurisprudentiae ex diſtincta I. R. & G. methodo oriundae.*

Digitized by Google

MANNO ſummis laboribus ac vigiliis cum codice Florentino collatum, & nuper bonis auſpiciis, pretio ſatis magno, ex Belgio huc translatum eſt, *procedat*, opusque adeo ex voto ſuccedere poſſit, quod omnis meliorum ICtorum natio tanto cum deſiderio hucusque expectauit. Has nouas editiones ſicuti reliquis cunctis palmam facile praerepturas eſſe, non ſolum ſperare, ſed plane poſſumus confidere; ita, cum omnibus verae germanaeque iurisprudentiae cultoribus, corporis animique vires validas atque inconcuſſas, quo deſtinata feliciter perficere queant, laudatiſſimis editoribus ex animo adprecamur.

Quantumuis vero correcti, emaculati atque exornati nobis exhibeantur, notisque etiam eruditis illuſtrentur textus iuris, vtroque corpore comprehenſi; maneant tamen ſemper, neceſſe eſt, vaſta illa volumina, horrendus ille titulorum, legum, canonum, nullo inter ſe ordine connexorum, numerus, quorum propriam cuiusque ſedem non hoſpes ſolum, aut nouitius in iure, ſed vel exercitatiſſimus quoque, fruſtra ſaepe quaeret, ſaltem poſt longam demum inquiſitionem inueniet, ſi boni indicis auxilio ſit deſtitutus. Quam neceſſarium igitur, ne tempus inutiliter perdamus, & a rectiore ſemita aberrantes alio, quam quo inſtitueramus, ſubinde perueniamus, nobis ſit eiusmodi ſubſidium, quo inſtar

ſigni,

ſigni, ſtatuae Mercuriali affixi, vti atque inoffenſo pede ad locum, quem petimus, duci poſſimus, facile cuique adparet. Sed hic labor, hoc opus eſt.

Variis rem modis iam dudum adgreſſi ſunt viri docti; ſed ſicuti non minus ingenii, quam induſtriae ac patientiae, requiritur ad contexendos bonae notae indices; ita quoque in illis adornandis alter altero felicius verſatus eſt; neminem vero indicem perfectum expletumque omnibus ſuis numeris & partibus adhuc exhibuiſſe, defectus commonſtrant, quos paſſim in indicibus, huc vsque editis, obſeruare in procliui eſt. Hos ergo qui ſuppleuerit indicemque adeo nobis dederit, cuius ope omnium facillime commodiſſimeque omnes iuris tituli euolui cunctaque argumenta, in illis occurrentia, inueſtigari queant, is ſane laborem, vti operoſiſſimum, ſic vtiliſſimum omnibus praeſtiterit, qui in ſtudio iuris verſantur. Comparata hunc in modum eſt ſtructura indicis, qui iam ſtudio & opera Viri praeſtantiſſimi atque Ampliſſimi, Ioannis Lvdolfi Waltheri, in lucem prodit.

Antequam vero hujus indicis laudes ſigillatim exponamus, haud abs re fuerit breuem hic ſimilium laborum inſtituere recenſum. Variant autem indices librorum iuris mirifice, ac, pro diuerſa inſtituti ratione, toto ſaepe, vt aiunt, coelo inter ſe differunt. Alii enim cupidae legum iuuentuti

tuti per vtriusque iuris campum, qua patet, latiſſimum viam monſtraturi breuiſſimam, ſolas librorum ſingulorum in ſuos titulos vel partes diuiſiones, ac ſigna, quibus ſinguli textus iuris denotari atque allegari ſolent, in compendio exhibuerunt. Functus eſt hoc boni hodegetae officio, veſtigiis praeceptoris ſui, Adami Riccii, in Academia Regiomontana quondam Anteceſſoris, inſiſtens & Anonymi libellum, qui anno 1577. Coloniae editus eſt & veterum allegandi modum explicat, ante oculos habens, Io. Serpilivs Iunior, cuius extat *Compendioſa delineatio totius iuris can. & ciuilis, in vtroque tam allegandi, quam abbreuiationes legendi modum exhibens, in gratiam tironum ſtudii iuris conſignata*, ao. 1651. ad radices Carpaticas, vti in praefatione ſcribit, adeoque haud dubie Poſonii, vbi pedetentim & gradatim Syndici, Senatoris & Praetoris munus geſſit, Ienae deinde anno 1690. typis repetita, atque anno 1720. Francofurti & Lipſiae denuo edita, & quartae editioni *Erotematum iuris can.* Valerii Andreae Desselii, cum animaduerſionibus Georgii Adami Strvvii & praefatione Bvrchardi Gotthelfii Strvvii euulgatorum, ſubiuncta. Sed vti breuis haec delineatio ipſam titulorum ſingulorum ſummam non indicat; ita in vſum ſtudioſorum iuris laudatae *Erotematum Deſſelianorum* editioni ſaltem

tem *Rubricae Digeſtorum & Codicis* ſecundum ordinem cuiusque libri acceſſerunt. Commodiorem vero legum citationi ac titulorum vtriusque iuris notitiae adipiſcendæ, compendioſioremque rationem iniit, qui litteris ſolum initialibus A. G. E. S. I. S. nomen ſuum indigitare voluit, collector *Faſciculi Rubricarum vtriusque iuris, ſiue Indicum titulorum iuris can. & ciuilis, in ordinem alphabeticum redactorum*, qui anno 1735. Vindobonæ lucem adſpexit. Ineſt in illis hoc praecipuae commoditatis, vt, ſi in Decretalibus, Clementinis, Extrauagantibus Ioannis XXII. & Extrauagantibus communibus, in Inſtitutionibus item Iuſtinianeis, Pandectis, Codice & Nouellis Iustiniani idem forte occurrat argumentum, illud ſtatim vno obtutu ſub eadem rubrica per omnes modo memoratos iuris vtriusque locos communes, hunc in finem diſtinctis lineis incluſos, facillimo negotio tibi repraeſentare queas. Opuſculum adeo non tironibus ſolum ac dupondiis, quorum vſui inprimis deſtinatum eſt, ſed etiam Edictalibus, Papinianiſtis, lytis, prolytis, & quicunque iuris vel quinquennium, vel triennium dudum abſoluerunt & ex ſcholis iam in fora tranſierunt, inſeruire poteſt. Quum autem neque decreto Gratiani, neque feudorum libris, neque reliquis, quae corpori iuris ciuilis addi ſolent, ibi datus fuerit locus, non omnem iuris ambitum

bitum auctorem eius emenſum eſſe, facile patet.

Alii indices ſeparatim vel ad ius ciuile, vel ad ius canonicum reſpiciunt, quales vel IOANNE ZILETTO, vel DIONYSIO GOTHOFREDO, vel PETRO BROSSAEO, vel Fratribus PITHOEIS, vel aliis auctoribus, Corpori iuris & ciuilis & canonici, eique tum gloſſato, tum ſine gloſſis edito, praemiſſi ſunt, & partim titulos, partim leges, vel canones & capitula, partim auctores legum, conſtitutionum, & decretalium epiſtolarum, partim etiam gloſſarum medullas ſecundum ordinem vel literarum, vel librorum, complectuntur.

Dantur etiam indices, quibus tota iuris materia per metra notatur. Tales verſus memoriales & rubricarum carmina Corpora iuris ciuilis & canonici gloſſata in fronte gerunt. Iuris vero tironibus, qui in vaſtum iuris mare nondum propelli, neque cum gloſſa nauigare poſſunt, vt ſuccurreret GEORGIVS BVCKSVLBERIVS, *Memoriale iuridicum*, paruulae molis libellum, Lugduni Batauorum 1640. edidit, in quo primum rubricas Pandectarum, ac deinde, monente IACOBO MAESTERTIO, qui ſuper codice ſimiles verſus, pariter tamen iam olim obuios, ſe necdum vidiſſe, in epiſtola ad illum data ſcribit, rubricas quoque codicis Iuſtinianei hexametris illis notiſſimis incluſit, hosque ſub-

iuncta

iunctâ titulorum ſerie ampliore plenius explicauit. Sed parum vtilitatis praebebit hic index iis, qui non adeo tenaci praediti ſunt memoria, & plerumque in futuram eiusmodi verſus obliuionem diſcuntur. Maius operae pretium feret diſciplinae noſtrae candidatus, qui *indicem iuris ciuilis priuati Prae- vel Recurſorium*, ſiue *ideam iuris priuati generalem*, ab Ampliſſ. Doctiſſimoque IOANNE CONRADO SIGISMVNDO TOPPIO *duodecim tabulis adornatam*, & Hanouerae 1736. editam, in ſuccum & ſanguinem verterit; ſiquidem potiora iuris capita ibi concinna breuitate & connexione naturali, ſine multis iuris allegationibus, vtpote proprio ſtudio ſupplendis, traduntur. Quo ipſo ſimul adparet, alium plane huius indicis ſcopum eſſe, quam eorum, quos hactenus recenſuimus, & porro commemorabimus.

Haud parum luminis vtrique iuri & ciuili, & canonico, conciliarunt, qui, ex variis illud fontibus collectum atque in diuerſos riuos longe lateque diffuſum eſſe, perpendentes, & ab illis haurire, quam hos ſectari, ſatius ducentes, hinc inde diſperſas partes ad totum ſuum reducere conati ſunt. Ita canonum, ex conciliis deſumtorum, indicem, quo caput vnum quodque ad ſuum refertur locum, calci veterum GRATIANI editionum ſubiunctum atque deinde in recentioribus omiſſum fuiſſe,

iſſe, obſeruat IO. DOVIATIVS, Anteceſſorum Pariſienſium olim primicerius, in *praenotionibus* ſuis *canonicis*, nunquam ſatis laudandis (*a*), pleniorem tamen iudicat illum, quem PETRVS GVENOIS editioni corporis iuris can., ſub inſigni nauis anno 1618. emiſſae, adiecit, & vbi omnes canones, leges, conſtitutiones, capitula, quoad per operis ſuſcepti difficultatem fieri potuit, ſuis auctoribus reddidit. Locorum vero, ex ſacro codice in libros iuris can. paſſim translatorum, explicatorumue indicem, qui Concordantiae titulum praefert, ſub initium ſaeculi XVI. fecit Abbas IO. NIVICELLENSIS. Vtriusque generis indices, cum indice rerum & verborum locupletiſſimo, habes ad calcem editionis corporis iuris can. quam Fratribus PITHOEIS debemus. De priſcis aeque, ac nouis & canonum collectionibus, & decretalium compilationibus, deque indicibus titulorum & capitum, in illis occurrentium, fuſius agit cum FRANCISCVS FLORENS (*b*), tum digniſſimus eius in Anteceſſura Pariſienſi ſucceſſor, modo laudatus

(*a*) Lib. IV. cap. 4. §. 2. 3.

(*b*) In diſſ. de *origine*, *arte & auctoritate iuris can.* & in *praefatione tam de methodo & auctoritate collectionis Gratiani, quam reliquarum omnium collectionum Decretalium poſt Gratianum* &c. T. I. opp. pag. 2. ſqq. & pag. 41. ſqq.

datus DOVIATIVS (*a*) optimus largiſſimusque Praecognitorum iuris canonici & pontificii promus condus. Quanquam vero, qui iuſſu Gregorii IX. P. R. antecedentium Pontificum epiſtolas decretales collegit, RAYMVNDVS A PENNA FORTI, in illis mutandis truncandisque non minore libertate vſus eſt, quam TRIBONIANVS eiusque ſocii in mutilandis diſcerpendisque & veterum ICtorum ſententiis, & Imperatorum conſtitutionibus, ſibi ſumſerunt; facilius tamen feliciusque ius canonicum & pontificium, quam ius ciuile, ex fontibus, vnde compilata ſunt, integritati ſuae reſtitui poſſe, iam alibi fuit adnotatum. (*b*)

Interim viam quoque panderunt ad eandem felicitatem in ſtudio iuris ciuilis conſequendam, qui auulſa compilatorum violenta manu ſuis a ſedibus diſperſaque per plures Pandectarum Codicisue titulos iure quaſi poſtliminii reducere ad priſtinam compagem, atque hoc modo multis iuris quaeſtionibus, quarum diſperſio ſenſum legum, ad illas ſpectantium, valde turbauit atque corrupit, lucem foenerari ſategerunt. Celebratur hoc nomine inſtitutum vtiliſſimum ICti Galli, IACOBI LABITTI, quippe qui praeceptoris ſui, IACOBI CVIACII, exemplo excitatus, conſilioque adiutus,

 mul-

(*a*) l. c. L. III. c. 1. ſqq. & L. IV. c. 16.
(*b*) In programmate noſtro inaug. *de collectione iuris can. tum vet. tum. recentioris*, p. 30.

multo labore, nec minore arte indicem contexuit, cuius ope omnium Iurisconſultorum fragmenta, in Pandectis per varias titulorum plagas diſſeminata, & hinc intellectu ſaepe admodum difficilia, queant ad ſuos cuiusque auctoris libros, ſectiones, capitaue reuocari, priſtinisque ſuis iuncturis quadantenus connecti. Quod arcanum & ad leges dubias interpretandas enodandasque, & ad conciliandas, quae non minimam iuris ambiguitatem pariunt, antinomias accommodatiſſimum praeſtantiſſimumque ſicuti non potuit non ſe ſolidioris elegantiorisque iurisprudentiae ſectatoribus maximopere probare; ita poſt aliorum conatus varios ſuaque laude non defraudandos illud excolere, amplificare ac magis magisque perficere ſtuduit, qui non modo in iuris ciuilis diſciplina dudum inſignem famam conſecutus eſt, ſed nuper etiam ius publicum in Academia Vltraiectina magno cum adplauſu docere coepit, maſculaeque hac occaſione ſpecimina eloquentiae binis Orationibus, in lucem haud ita pridem emiſſis, altera de *iure*, altera de *iuſtitia Sanctionis pragmaticae Diui Caroli VI. Imperat. Aug.* edidit, V. C. ABRAHAMVS WIELINGIVS, in *iurisprudentia reſtituta.* Huic enim libro non ſolum virorum celeberrimorum de vſu ſuſcepti negotii iudicia praemiſit, ſed ipſos etiam IACOBI LABITTI, ANTON. AVGVSTINI & WOLFFGANGI

GANGI FREYMONII *indices in totum iuris Iuſtinianei corpus* faciliore methodo collectos, auctos nouaque luce colluſtratos, in parte eiusdem priore praeſtitit, additis, poſterioris loco, quatuor opuſculis, ad eundem ſcopum ſpectantibus, ſcilicet LABITTI *vſu Indicis Pandectarum* cum notis GVIL. SCHMVCCII, HENRICI HAHNII *oratione de vſu Chronologiae ac hiſtoriarum in iure priuato*, recitata olim in Academia Iulia, HENR. BRENCMANNI *diſputatione inaugurali de legum inſcriptionibus*, Lugduni Batauorum anno ſaeculi huius quinto habita, & BERNH. HENR. REINOLDI *de Inſcriptionibus legum Digeſtorum & Codicis oratione inaugurali*, Duisburgi 1712. dicta; quibus omnibus *auctaria & praetermiſſa* ſupra laudatus editor ſubiunxit. Peculiari quoque ſcripto de vtilitate ex diligenti comparatione omnium eiusdem inſcriptionis in Digeſtis capitum capienda, deque huius artificii inuentoribus & promotoribus egit B. BRVNQVELLVS, Ienae 1724. publicato. Quantiuis vero pretii ſint optimorum lucubrationes virorum; iam dudum tamen IAC. GOTHOFREDVS (*a*) & poſt illum perſpicaciſſimus GVNDLINGIVS (*b*) deſiderauit, vt capita ipſa non per indi-

)( )(2 cem

(*a*) *Manual. iur.* in *Biblioth.* c. II. p. 48.

(*b*) In *praefat.* LABITTO, a ſe edito, praemiſſa.

cem tantum & numeros lectorum oculis ſubiicerentur, ſed, ad leuandos eos taedioſo longioris inueſtigationis labore, integrae leges κατὰ πλάτος & verbotenus, ſecundum illos indices ſuis auctoribus librisque reſtituerentur, adeoque membra lacerata & diſperſa, inſtar diſcerpti olim & per Aeſculapium ab inferis reuocati Virbii, ſuis quaeque locis adparerent coniuncta. Cui deſiderio quamuis ſatisfacere inceperit BRENCMANNVS per *Pandectarum iuris ciuilis auctoribus ſuis & libris reſtitutarum ſpecimen*; mors tamen praematura, quas oſtenderat, ſpes pulcherrimas diſturbauit. Idem quoque de iurisprudentia, quae ipſi iam ſic ſatis debebat, bene merendi propoſitum tenuit ὁ μακαρίτης HEINECCIVS. & libros aliquot veterum ICtorum, & ipſum Edictum perpetuum ordini & integritati reſtiturus. Quam telam etiamſi penitus pertexere fata ipſi non ſiuerint; maximopere tamen ſibi orbem eruditum deuinxit filius eius laude digniſſimus, quod ei non inuiderit fructum ex optimi patris opuſculis poſtumis, potiſſimum huc ſpectantibus, capiendum. Continuationem operis Brencmanniani vtiliſſimi valde quidem vrſit variaque eius tanto felicius ornatiusque perficiendi conſilia ſuppeditauit paulo ante memoratus BRVNQVELLVS, in *proluſione Academica de Digeſtis ſecundum indicem legum* IACOBI LABITTI *aliorumque* xa-

κατὰ πλάτος & verbotenus excudendis, quam anno 1735. lectionibus ſuis praemiſit, cum functiones in hac Academia ipſi ab Auguſtiſſimo Rege noſtro demandatas obiret. Sed nemo hucusque fuit, qui tantopere optata impleret. Quodſi etiam perpendas, quantum temporis ac laboris ad conficiendum tale corpus iuris requiratur, quantisque ſumtibus ad illud typis exſcribendum opus ſit, quos non adeo magnus ICtorum humaniorum numerus, qui illud forte coement (ceteri enim vulgatis Corporis iuris editionibus contenti parum curabunt) pretio emtionis vix compenſaturus eſt, mecum paene de illo deſperabis.

Aliam viam ingreſſi longiusque partim progreſſi ſunt illi, qui vel regulas, fallentias & ſententias iuris ordine alphabetico diſpoſuerunt, vel iuris theſauros, axiomata & locos communes aliaque eiusmodi repertoria, ad exemplum Sebast. Hornmoldi, Petri Cornelii Brederodii, Christophori Coleri, Wenceslai Steigeri, quorum collectiones vna cum aliis & Ill. Bvdervs *in Bibliotheca iuris Struuiana*, & Conſultiſſ. Ienichenivs in *Lipeniana* paſſim commemorant, euulgarunt, vel Theologorum more, ad inſtar Concordantiarum biblicarum, Concordantias iuris concinnare adgreſſi ſunt, qualem operam vtiliſſimam ICtus laborioſiſſimus, L. B. Nicol. Christoph.

Lynckervs, ſuſceperat, ſed morte inſecuta ſufflaminatam. Nuperrime tamen ſimile concordantiae inſtitutum nobis publico programmate indicauit Vir non minore dignitate praeſtans atque ingenio, nec minus patiens laboris, Perilluſtris Valent. Franciscvs ab Emerich, quondam Conſiliarius intimus Badenſis & Cancellarius Oettingenſis, nunc iudicii imper. aul. Conſiliarius, itemque Sereniſſ. principis de Turre & Taſſis Conſiliarius intimus, qui attonitos labores a Stephano Daoys, Pampilonenſi, olim ſuſceptos, & in lucem emiſſos, multo inſignius ſane, quam Theodorvs Ivges, aucturus, iam indices iuris tum ciu., tum can., parat locupletiſſimos, Francof. ad Mœnum, vtrumque duobus grandibus voluminibus in folio, edendos, quorum ambitum vaſtiſſimum ipſa inſcriptio indicat. Erit enim alter ſic inſcriptus: *Corpus iuris ciu. alphabeticum, abſolutiſſimam ſummam omnium, quae tam in textu, quam in gloſſa, reperiuntur, ordine alphabetico continens*; alter hunc praeferet titulum: *Corpus iuris can. alphabeticum, abſolutiſſ. ſummam omnium, quae in textu & gloſſis totius iuris can. in concilio Trident. regulis cancellariae & quibusdam bullis extrauagantibus reperiuntur.* Ad ſimilitudinem ambo haec opera proxime accedunt Concordantiae biblicae, & corporis conſtitutionum imperii, ab Andlero quon-

quondam editi, ſed in eo vtramque hanc operam longe ſuperant, quod textum & gloſſam totius iuris ciu. & can. ſecundum ordinem litterarum ita complectuntur, vt, qui, caſibus emergentibus, auctoritatem vel legis, vel gloſſae quaerit ad ſententiam, quam tuendam ſuſcepit, corroborandam, non opus habeat in tot millia legum vel canonum & capitulorum diffuſa corpora iuris ciu. & can. ipſa, in quibus ſedes materiarum diuerſiſſimarum mirum in modum ſunt confuſae atque implicatae, euoluere, vel cum magna temporis iactura, & ſaepe irrito conatu, apud commentatores textum, vel gloſſam, argumento, de quo quaeſtio eſt, accommodandam, inueſtigare; ſiquidem in vtroque hoc corpore alphabetico ſub vna dictione vel verbo ſtatim omnia integra ſubiiciuntur oculis, quæ in vaſtiſſimis iuris ciu. & can. corporibus pariter atque eorundem gloſſis, longe lateque diſperſa ſunt. Vnde hic vna ſaepe hora plus proficere & longius progredi poterit inquirens in iuris capita, quam alias vix per integri diei ſpatium fieri queat. Gratam vero inprimis operam ICtis praeſtabit editor laudatiſſimus tomis ſeparatis, in quorum altero, ad corpus iuris civ. alphab. ſpectante, magno ſtudio congeſtum deprehendetur, quidquid in conſtitutione criminali Caroli V. & in omnibus aliis conſtitutionibus imperii occurrit, & quo jus Rom.

 vel

vel abrogatum, vel correctum, vel explicatum, vel ei aliquid additum eſt, nec minus auctores indicabuntur, qui in textus iuris vel data opera commentati ſunt, vel Quaeſtiones, Conſilia, Deciſiones, Controuerſias ſcripſerunt; alter, ad corpus iur. can. pertinens, continebit Bullas papales, poſt annum 1624. publicatas, vt & Regulas Cancellariae, Declarationes Cardinalium & Concordata Germaniae, item argumenta canonum, nec non remiſſiones ad auctores, qui ad textus iuris can. integras Concluſiones, Quaeſtiones, Conſilia, Deciſiones, & quae ſunt huius generis alia, compoſuerunt.

Non minorem gratiam ab omnibus, qui vel aliquam iuris intelligentiam habent, initurus, nec leue operae ſuae pretium facturus foret, qui eodem modo, quo Perill. ab Emerich Stephani Daoys labores auxit, atque emendando continuauit, etiam opus, antehac a Martino Ant. Delrio, Regio in Brabantiae cancellaria quondam Conſiliario, editum, & poſtea ſtudio & diligentia Petri Brossaei, ICti celebratiſſimi, accurate repurgatum, multisque ſcriptoribus, cum veteribus, tum neotericis, auctum atque locupletatum, & duabus partibus *ex Miſcellaneorum ſcriptoribus Digeſtorum ſ. Pandectarum, Codicis* item, *Nouellarum*, *Feudorum*, *nec non Inſtitutionum iuris ciuilis interpretationem* in compen-

pendio & per indicem ſiſtens, augendum atque ad noſtram vsque aetatem continuandum ſuſciperet, adeoque ſcriptoribus, qui ab eo tempore, ſcil. ab anno 1590, quo *Broſſianum* opus editum eſt, ius ciu. interpretati atque ad leges & conſtitutiones ſigillatim commentati ſunt, Belgis inprimis, hoc nomine ante alios de iurisprudentia ciu. praeclare meritis, ſuppleret, atque amplificaret. Sed haec ad futurorum deſideria.

Nunc accedamus ad ea, quibus ſatisfactum iam eſt pleniſſime per indicem iuris locupletiſſimum, cuius cauſa hæc omnia praefamur.

Chiave dell' Indice

Scilicet obſeruauerat ſolertiſſimus WALTHERVS, indices iuris, qui vulgo circumferuntur, non ſatis commodos atque expeditos eſſe ad inueniendum ſine longa mora, quae ſaepe in vaſtiſſimis iuris corporibus anxie, & per viarum ambages valde perplexas, quaeri debent. Quo igitur ex labyrinthis illis, qui ſubinde iter ingreſſos admodum remorantur, emergere, atque inſtar viatorum, qui in biuiis, aut triuiis conſtituti, ad columnas, paſſim erectas, oculos dirigunt, qua illud via ſit flectendum, diſcere poſſent artis noſtrae alumni, nouum ille indicem adornauit, quo ad vnumquemque iuris fontem ſine circuitu deducantur. Omnes enim titulos capitales in corpore iuris ciu. ſimul cum titulis capita

Nouellarum indicantibus, ex editione DIONYSII GOTHOFREDI, necnon omnes titulos in corpore iuris can. prouti in editione Fratrum PITHOEORVM reperiuntur, & tam ad diſtinctiones & quaeſtiones decreti, quam ad alios libros iuris can. ſpectant, alphabetico ordine vno indice complexus, inque illis digito quaſi monſtrandis ita verſatus eſt, vt, quoties ipſis verbis initialibus occurrunt, aſteriſco notarit integroſque exhibuerit. Praeterea vero quot dictiones in vno titulo extant, aliquid eſſentiale denotantes, toties quoque titulus ſub illis indicatur, ita quidem, vt vnus titulus interdum ſex, octo & pluribus locis inueniri poſſit.

Quod ad Nouellas attinet, hic ordo ſervatus eſt, vt primum tituli capitum indicati, & ſi deinde adhuc vocabulum quoddam notabile in ipſa Nouella ſupereſſet, quod in titulis capitum omiſſum erat, hoc quoque ſuo loco inſertum fuerit. Vbi duobus titulis vna Nouella LEONIS inſcribitur, vterque quidem ſub verbis ſuis initialibus, reliqua vero vocabula ſaltem ex poſteriori, tanquam magis adpoſito, in indicem redacta ſunt. Verba *debeat*, *liceat*, *poſſit*, *valeat*, & ſimilia, quamuis non ſemper in illis inſit aliquod pondus, non tamen plane praetermiſſa, ſed particulae connectendi ſolummodo & aliae voces vel nullius, vel parui

ſal-

ſaltem momenti, v. g. *Et, qui, quae, quod, vel* &c. exulare iuſſae ſunt.

Quoties longus titulus in plures breues propoſitiones diſpeſci potuit, vocabula, quae ad hanc, vel illam propoſitionem proprie non pertinent, omiſſa, & eorum loco duae lineolae - - - poſitae fuerunt.

Quia tituli, praeſertim in corpore iuris ciuilis, aliqua pollent auctoritate, etiam ordo verborum in contextu ſuo accurate retentus eſt, licet alias vna alteraue propoſitio melius efferri potuiſſet.

In nonnullis titulis vero ex corpore iuris can. vocabula *Abbas*, *Eccleſia*, *vxor*, &c. vtpote de quibus haud dubie ſermo eſt, addita ſunt, quo propoſitiones ſingulae in indice obuiae tanto facilius intelligi queant.

Modus, quo Index titulorum in fronte editionis Gothofredi comparatus eſt, vbi vocabulum, quod quaeritur, ſaepe in medio, immo in ipſo fine lineae poſitum eſt, v. g.

Muneribus & honoribus non continuandis inter patrem & *filium*, C. 10. t. 4.

vſui commodo non aptus iudicatus fuit; & ſi vocabulum ab initio ſemel, & in contextu iterum ponitur, ſicuti in indice ad calcem *iuris portatilis* Martiniani factum eſt, v. g.

Empto-

Emtore, pro *emtore*

Sui, *his*, *qui ſui vel alieni iuris ſunt;* ſenſus aliquantum turbatur. Quare optimum conuenientiſſimumque viſum eſt, princeps vocabulum in ipſo quoque lineae principio collocare.

Vt tamen memoriae ſuccurreretur eorum, qui totius tituli non ſtatim reminiſcuntur, ſi eius lectionem a vocabulo incipiant, quod in eius medio vel fine extat, verbum initiale titulorum, aut propoſitionum, inde deſumtarum, literis curſiuis, quas vulgo vocamus, excuſum, & plerumque a vocabulo antecedente aliquo interuallo disiunctum eſt, quo verbum initiale eo faciliori negotio reperiri poſſit.

Ratio allegandi ICtis vſitata multo plus ſpatii poſtulatura fuiſſet, cuius lucrandi cauſſa ſolum litterae initiales numerique librorum, partium, titulorum, capitum, diſtinctionum, quaeſtionum, additi fuerunt.

Indicatur igitur per

C. *Codex.*
C. Fr. *Conſtitutiones Friderici.*
C. I. *Caii Inſtitutiones.*
C. Iuſt. *Conſtitutiones Iuſtiniani.*
Cl. *Clementinae.*
C. V. *Tituli ex corpore Vlpiani.*
Dl. *Decretales.*
6. Dl. *Sextus Decretalium.*

7. Dl.

7. Dl. *Septimus Decretalium*.
Dt. *Decretum*.
E. *Edicta Iuſtiniani*.
Ex. C. *Extravagantes Communes*.
Ex. I. *Extravagantes Ioannis*.
F. *Feudorum Libri*.
Fr. T. *Fragmenta Legum XII. Tabularum*.
I. *Inſtitutiones Iuris Ciuilis*.
I. C. *Inſtitutiones Iuris Canonici*.
Imp. A. C. *Imperatoria Alexii Comneni*.
Imp. A. C. S. *Imperatoria Alexii Comneni ſecundi*.
Imp. B. *Imperatoria Baſilii*.
Imp. B. P. *Imperatoria Baſilii Porphyrogennetae*.
Imp. C. C. *Imperatoria Conſtantini Caballini*.
Imp. C. P. *Imperatoria Conſtantini Porphyrogennetae*.
Imp. H. *Imperatoria Heraclii*.
Imp. I. *Imperatoria Incerti Imperatoris*.
Imp. I. A. *Imperatoria Iſaaci Angeli*.
Imp. I. C. *Imperatoria Iſaaci Comneni*.
Imp. I. D. *Imperatoria Ioannis Ducae*.
Imp. L. A. *Imperatoria Leonis Armenii*.
Imp. L. & A. *Imperatoria Leonis & Alexandri*.
Imp. L. I. *Imperatoria Leonis Iconomachi*.
Imp. M. *Imperatoria Michaelis*.
Imp. M. C. *Imperatoria Manuelis Comneni*.

Imp.

Imp. M. P. *Imperatoria Michaelis Palaeologi.*
Imp. N. *Imperatoria Nicephori.*
Imp. N. B. *Imperatoria Nicephori Botoniatae.*
Imp. N. P. *Imperatoria Nicephori Phocae.*
Imp. R. A. *Imperatoria Romani Argyri.*
Imp. R. S. *Imperatoria Romani Senioris.*
Imp. Th. *Imperatoria Theopholi.*
Imp. Z. *Imperatoria Zoae.*
N. *Nouellae Iuſtiniani.*
N. L. *Nouellae Leonis.*
P. *Pandectae ſiue Digeſta.*

Si poſt has litteras & ſyllabas in allegatione duo numeri poſiti ſunt, primus eorum librum, numerum Nouellae, aut partem, ſecundus vero, reſpectu habito ad vtramque corpus iuris, vel titulum, vel caput, vel diſtinctionem indicat. Quodſi vero tres numeri occurrunt, id quod tantummodo in parte II. Decreti accidit, primus partem, ſecundus cauſſam & tertius quaeſtionem denotat. Immo in Qu. III. cauſſae XXXIII. huius partis II. decreti, ſiue in Tract. de *poenitentia* quatuor deprehenduntur numeri, quorum primus partem decreti, ſecundus cauſſam, tertius quaeſtionem, ac quartus diſtinctionem ſignificat, & quo luculentius vltimus diſtinguatur numerus, ei litera d. praepoſita eſt. v. g.

Arti-

Articulum vitae. *Tempus* poenitentiae
eſt vsque ad vltimum , Dt. 2. 33.
3. d. 7.

Quoties denique titulus, vel propoſitio pluribus locis , iisdem verbis , occurrit, ſolummodo citationes reliquorum locorum praeſto ſunt , ſine ipſius tituli , vel propoſitionis repetitione.

Ex his ſatis adparet, quantum praeſtiterit huius indicis Architectus diligentiſſimus, & quot paraſangis poſt ſe reliquerit aliorum conatus, commoditati inquirentium minus inſervientes. *Virtus videtur*, vt ait CICERO, *eſſe praeſtantiſſima, quae eſt fructuoſa aliis, ſibi autem laborioſa.* Vtere igitur, L. B. labore vtiliſſimo praeſtantiſſimi WALTHERI, ei pro impenſa cura mecum bene precare, mihique pariter, ac ipſi, fave. Dabam Gottingae e Muſeo d.XXVIII.Mart. cIↄ Iↄ cc xxxxiv.

Digitized by Google

Digitized by Google

A.

* A quibus appellari non licet. P. 49. 2.
* A quibus genus diuinationis ſumpſit exordium. Dt. 2. 26. 3.
* A quibus obſignari teſtamenta oporteat. N. L. 44.
* A quibus ſummus Pontifex ſit eligendus? Dt. 1. 79.
Ab heredibus -- incipiant. *Ut* actiones) C. 4. *11.*
ab inteſtato. *De* ſucceſſionibus) Dl. 3. *27.*
ab inteſtato per foeminium ſexum deſcendentes, ſuccedere debeant. *Quemadmodum* liberi) N. 18. 4.
ab inteſtato ſuccedant. *De* concubinis & naturalibus liberis, quomodo hi) N. 18. 5.
ab inteſtato uenientibus. *De* ſuis et legitimis liberis --) C. 6. 55.
abbas capellam in ſuo territorio aedificatam, iure territorii ſibi uendicare valeat. *An*) Dt. 2. 16. 5.

Abbas non tam antiquitate, quam bona exiſtimatione cenſendus ſit et eligendus. *Ut*) N. 123. 34.
Abbatem - - feudum dare non poſſe. F. 1. 6.
abbates capellas habere epiſcopali beneficio, an ab eis ſint inſtituendae. *Si* contigerit) Dt. 2. 16. 2.
abbatis - -. *De* electione et creatione) N. 5. 9.
abbatis de monaſterio abierit, an ſua ſibi ab abbate reddenda ſint. *Qui* ſine licentia) Dt. 2. 17. 4.
abbatis liceat ei ad propria redire. *Si* contingat aliquem ſe et ſua monaſterio tradidiſſe, an cum licentia) Dt. 2. 17. 3.
abbatis non ordinentur. *Monachi* ſine conſenſu) Dt. 1. 58.
abbatis refutauerint et ordinandam tradiderint, an - - poſſit eam tenere. *Si* laici capellam - - in manibus) Dt. 2. 16. 7.
Abbatiſſam - - feudum dare non poſſe. F. 1. 6.
aberit. *Si* tutor uel curator Reipublicae cauſa) C. 5. 63.
abierit, an ſua ſibi ab abbate reddenda ſint. *Qui* ſine licentia abbatis de monaſterio) Dt. 2. 17. 4.
* Abigeis. P. 47. 14. C. 9. 37.
ablata, an dicatur poſſidere aliena. - - *Et* qui poſſidet ab haereticis) Dt. 2. 23. 7.
ablatum eſt, ut reſtituatur. *De* eo, cui aliquid) C. Iuſt. 14.

A-

Abolitione. *De* generali) C. 9. 43.
* Abolitionibus. C. 9. 42.
abolitionibus criminum. *Ad* SC. Turpillianum, et de) P. 48. 16.
abortat, repudiari ab illo posſit. *Ut*, quæ mulier mariti odio) N. L. 31.
abrogatio. *Legis*, quae de conſulatu agit,) N. L. 94.
* Abrogatio legis, quae hominem liberum ſe uendere permittit. N. L. 59.
* Abrogatio legis, quae ſenatui praetores, decurionibus uero præfectos conſtituere concedebat. N. L. 47.
* Abrogatio quarundam de curiis & decurionibus latarum legum. N. L. 46.
abſente. *Quomodo* & quando judex ſententiam proferre debeat -- una parte) C 7. 43.
abſentem, uocem accuſationis uel teſtificationis exhibere ualeant. *An* accuſatores uel teſtes in) Dt. 2. 3. 9.
abſentes fiunt --. *De* iis, qui iuratoriam cautionem exponunt, et ante litis conteſtationem) N. 53.
abſentibus damnandis. *De* requirendis, uel) P. 48. 17.
* Abſentibus et praeſentibus in decennii praeſcriptione. N. 119. 8.
* Abſentibus reis. N. 69. 3.

abſentis perturbata ſit poſſeſsio. *Si* per uim --) C. 8. 5.
abſentium. *De* citatione) Imp. M. C. 12.
abſoluere. *An* Archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui, illo inconſulto, --ualeat damnatos) Dt. 2. 9. 3.
abſolutionis tributorum. *De* confirmatione) C. Iuſt. 10.
abſque ſynodali audientia Epiſcopus ualeat ſacerdotem damnare. *An*) Dt. 2. 15. 7.
absque ſynodali audientia reus ſit damnandus. *An*) Dt. 2. 5. 4.
abſtineant. *Ut* clerici a muneribus perſonalibus et negotiis ſecularibus) N. 123. 6.
abſtineat. *Si* minor ab hereditate ſe) C. 2. 39.
abſtinenda hereditate. *De* repudianda, uel) C. 6. 31.
abſtinere, ſiue a propriis, ſiue ab uxoris conſanguineis. *Usque* ad quem gradum debeat quisque) Dt. 2. 35. 3.
abſtrahunt. *De* cautione præſtanda ab his, qui de proprio territorio ſibi obnoxios) N. 53. 2.
abſunt. *De* reſtitutionibus militum, et eorum, qui Reipublicae cauſa) C. 2. 51.
abſunt. *De* uxoribus militum et eorum, qui Republicae cauſa) C. 2. 52.
abuſu. *De* quaeſtorum tollendo) 7. Dl. 3. 15.
accedant absque ſyſtaticis literis. *Ne* Epiſcopi ad comitatum Principis) N. 6. 3.

accedere non licet. *Quibus* ad conductionem praediorum fiſcalium) C. 11. 72.
acceperit. *Si* unus ex pluribus heredibus creditoris - - partem ſuam debiti --) C. 8. 32.
acceperunt. *An* res eccleſiae, quae a clericis datae ſunt, poſſint conſtare aliqua firmitate his, qui eas) Dt. 2. 12. 2.
acceperunt. *De* his, qui a Principe uacationem) C. 10. 44.
acceperunt. *De* his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam) C. 10. 6.
acceperunt. *De* - - his, qui ſanguinolentos nutriendos) C. 8. 52.
accepit a Sempronio. *De* inueſtitura, quam Titius) F. 2. 13.
accepit. *An* iſte ualeat repoſcere cathedram, quam ſua interceſſione alter) Dt. 2. 7. 2.
accepit. *De* eo, qui ſibi uel heredibus ſuis maſculis et foeminis inveſtituram) F. 2. 17.
* Acceptilatione. P. 46. 4.
* Acceptilationibus. C. 8. 44.
acceſſionibus, et mora. *De* uſuris, et fructibus, et cauſis, et omnibus) P. 22. 1.
acceſſionibus poſſeſſionum. *De* diuerſis temporalibus praeſcriptionibus, et de) P. 44. 3.
accipere. *An* uiuente dimiſſa, aliam poſſit) Dt. 2. 32. 7.
accipere debent ab agricolis. -- *Et* quem uſurarum modum creditores) N. 34.

accipere urbis magiſtratibus liceat. *Ut* -- muneraque) N. L. 84.
accipiant modis omnibus iudices. -- *Et* ut appellationes) N. 82.
accipiant. *Ne* haeretici ab eccleſiis, uel priuatis res immobiles --) N. 131. *14*.
accipiant pedanei iudices. *Ut* duos in exordio, et duos in fine litis aureos) N. 82. *9*.
accipiat. *Quoties* ſit uocandus ad cauſam reus, antequam ſententiam damnationis) Dt. 2. 5. *2*.
accipiendus in Epiſcopali dignitate. *An* renuncians ſuae haereſi, ſit) Dt. 2. 1. 7.
accipiunt. *Pro* quibus cauſis ſerui pro praemio libertatem) C. 7. *13*.
acclamationes deferant. *Ut* omnes prouinciales praeſidibus ſuis -- ſolitas) N. 8. *10*.
accreſcant. *Quando* non petentium partes petentibus) C. 6. *10*.
accreſcendo. *De* uſufructu) P. 7. 2.
accuſato liceat accuſationem in accuſatorem uertere. *An*) Dt. 2. 3. *11*.
accuſare non poſſunt. *De* his, qui) C. 9. *1*.
accuſare poſſunt. *In* quibus cauſis coloni cenſiti dominos) C. 11. *49*.
accuſare poſſunt. -- *Qui* matrimonium) Dl. 4. *18*.
accuſare ualeat. *An* excommunicatus alium) Dt. 2. 4. *1*.
* Accuſatio an debeat fieri in ſcriptis. Dt. 2. 2. *8*.

acculatione - - defecerunt. *Qua* poena ſint feriendi, qui in) Dt. 2. 2. *3*.
accuſatione maiorum ſint audiendi. *An* laici, monachi, uel quilibet inferiorum ordinum, in) Dt. 2. 2. 7.
accuſatione prohibitus perſonam teſtificantis poſſit aſſumere. *An* ab) Dt. 2. 4. *3*.
accuſationem in accuſatorem uertere. *An* accuſato liceat) Dt. 2. 3. *11*.
accuſationem ſint admittendi. *An* crimine irretiti, uel infamia notati ad alicuius) Dt. 2. 6. *1*.
accuſationem ſint admittendi. *An* infames et non legitime coniuncti ad) Dt. 2. 3. 4.
accuſationem uertere noluerit, an ſimplici aſſertioni ſuae ſit fides adhibenda. *Si* Epiſcopus in accuſatorem) Dt. 2. 6. 2.
* Accuſationibus et inſcriptionibus. P. 48. *2*. C. 9, *2*.
* Accuſationibus, inquiſitionibus et denunciationibus. Dl. 5. *1*. 6. Dl. 5. *1*. I. C. 4. *1*.
accuſationis - - exhibere ualeant. *An* accuſatores - - in abſentem, uocem) Dt. 2. 3. *9*.
accuſator, an reus ſit cogendus ad probationem ſuae innocentiae. *Si* in probatione deficit) Dt. 2. 6. *5*.
accuſator et teſtis. *An* idem eſſe poſſit) Dt. 2. 4. 4.
accuſator mortuus fuerit. *Si* reus uel) C. 9. *6*.

accuſatorem accuſationem uertere noluerit, an ſimplici aſſertioni ſuae ſit fides adhibenda. *Si* Epiſcopus in) Dt. 2. 6. 2.
accuſatorem corruperunt. *De* bonis eorum, qui ante ſententiam, uel mortem ſibi conſciuerunt, uel) P. 48. 21.
accuſatorem uertere. *An* accuſato liceat accuſationem in) Dt. 2. 3. 11.
accuſatores - - in abſentem, uocem accuſationis - - exhibere ualeant. *An*) Dt. 2. 3. 9.
* Accuſatoribus Epiſcoporum. N. 123. 2.
accuſatoribus, quis ſit cogendus ad purgandum. *Deficientibus*) Dt. 2. 2. 5.
accuſatoris perſona culpabilis inuenta fuerit, an ad aſſertionem propriae cauſae - - ſit admittendus. *Si* - -) Dt. 2. 4. 6.
accuſatorum ſint producendi. *An* teſtes de domo) Dt. 2. 3. 5.
acquirat. *Si* ut omiſſam hereditatem uel bonorum poſſeſſionem, uel quid aliud) C. 2. 40.
acquiratur. *An* praeſcriptione feudum) F. 4. 87.
acquiratur - -. *Et* qualiter feudum) F. 1. 1.
acquiratur. *Per* quas perſonas nobis) C. 4. 27.
* Acquirenda et retinenda poſſeſſione. C. 7. 32.
acquirenda hereditate. *De* - -) C. 6. 30.
* Acquirenda, uel amittenda poſſeſſione. P. 41. 2.
* Acquirenda uel omittenda hereditate. P. 29. 2.
ac-

acquirendo ipſarum dominio. *De* rerum diuiſione et) I. 2. *1.*
* Acquirendo rerum dominio. P. 41. *1.*
acquiritur. *Per* quas perſonas cuique) I. 2. *9.*
acquiritur. *Per* quas perſonas nobis obligatio) I. 3. *29.*
acquiruntur - -. *De* bonis, quae liberis) C. 6. *61.*
acquiſierint Epiſcopi, teſtari non posſint. *Ut* de iis, quae poſt Epiſcopatum) N. 131. *13.*
acquiſitione. *De* praediorum) Imp. R. S. 1.
* Acquiſitione per arrogationem. I. 3. *11.*
acquiſitionibus rerum. *De* - -) C. U. 19.
acquiſitis teſtari posſit. *Ut* monachus de) N. L. 5.
acquiſiuiſſe noſcuntur, an -- eccleſiae uel ſacerdoti iure proueniant. *Si* de ſuis et eccleſiae rebus aliqua) Dt. 2. 12. 4.
acta - - aliis non nocere. *Inter* alios) C. 7. *60.*
actio annalis eſt. *Quando* de peculio) P. 15. *2.*
actio criminali praeiudicet - -. *Quando* ciuilis) C. 9. *31.*
actio exerceatur. *Ut* res apud alium conſtitutae non posſint uindicari, priusquam perſonalis) N. 4. *2.*
actio exerceri debeat. *Ubi* in rem) C. 3. *19.*
actio non datur. *Quarum* rerum) P. 44. *5.*
actione. *De* inſtitoria) P. 14. *3.*
actione. *De* inſtitoria et exercitoria) C. 4. *25.*
actione. *De* pignoratitia) C. 4. *24.*

actione. *De* Publiciana in rem) P. 6. 2.
actione. *De* utili curationis cauſa) P. 27. 3.
* Actione exercitoria. P. 14. 1.
actione, in ex ſtipulatu actionem transfuſa --. *De* rei uxoriae) C. 5. 13.
* Actione pignoratitia, uel contra. P. 13. 7.
* Actione rerum amotarum. P. 25. 2.
* Actione tributoria. P. 14. 4.
actione uendita. *De* hereditate, uel) P. 18. 4.
C. 4. 39.
actione utili. *De* contraria tutelae, &) P. 27. 4.
actiones et ab heredibus, et contra heredes incipiant. *Ut*) C. 4. 11.
actiones in ſe transferre. *Ne* liceat -- uel) C. 2. 14.
* Actionibus. I. 4. 6.
actionibus. *De* aedilitiis) C. 4. 58.
actionibus. *De* hereditariis) C. 4. 16.
Fr. T. 21.
actionibus. *De* noxalibus) I. 4. 8.
P. 9. 4. C. 3. 41. Fr. T. 10.
actionibus. *De* obligationibus et) P. 44. 7.
C. 4. 10.
actionibus. *De* popularibus) P. 47. 23.
actionibus debitorum misſio praetorii pignoris procedat. -- *Et* ut in) C. 8. 22.
* Actionibus empti et uenditi. P. 19. 1.
C. 4. 49.

acti-

actionibus in factum. *De* praeſcriptiuis uerbis, et) P. 19. 5.
actionibus interrogatoriis. *De* interrogationibus in iure faciendis, et) P. 11. 1.
actionibus, et quae ad heredes et in heredes tranſeunt. *De* perpetuis et temporalibus) I. 4. 12.
actionibus, quae pro his competunt. *De* interdictis, ſiue extraordinariis) P. 43. 1.
actionum. -- *Et* de diſcusſione diuerſarum) N. 147.
actionum, quae ſacris locis competunt. *De* tempore) E. 5.
actionum ſublatis. *De* formulis et impetrationibus) C. 2. 58.
actor ante litis conteſtationem porrecto libello, iudici fidem ſuam probet. *Ut*) N. L. 107.
actor caueat de conteſtanda lite intra duos menſes. -- *Et* ut) N. 96. 1.
* Actore a tutore uel curatore dando. C. 5. 61.
actore. *De* cautione, quae ante reorum citationem praeſtari debet ab) N. 112. 2.
actorem contumacem ſententia feratur. *Ut* poſt annum et tria edicta, in) N. 112. 3.
actoribus praediorum fiſcalium domus Auguſtae. *De* --) C. 11. 71.
actu ſunt, -- liberent a curiali fortuna. *Ut* Praefecturae -- quae in) N. 70.
actuariis -- iudicum --. *De* --) C. 12. 50.

actum Reipublicae gerere cogatur. *Ne* quis liber inuitus) Ç. 11. *36.*
actuque priuato. *De* itinere) P. 43. *19.*
actus - - erogandis. *De* reliquis Eccleſiarum reditibus in pios) N. 3. *3.*
* Ad exhibendum. P. 10. 4.
C. 3. *42.*
ad heredes et in heredes tranſeunt. *De* perpetuis et temporalibus actionibus, et quae) I. 4. *12.*
* Ad L. Aquiliam. P. 9. *2.*
* Ad L. Corneliam de falſis. C. 9. *22.*
* Ad L. Corneliam de ſicariis. C. 9. *16.*
* Ad L. Corneliam de ſicariis et ueneficiis. P. 48. *8.*
* Ad L. Fabiam de plagiariis. C. 9. *20.*
* Ad L. Falcidiam. P. 35. *2.*
C. 6. *50.*
* Ad L. Iuliam de adulteriis coërcendis. P. 48. *5.*
* Ad L. Iuliam de adulteriis et ſtupro. C. 9. *9.*
* Ad L. Iuliam de ambitu. C. 9. *26.*
* Ad L. Iuliam de ui priuata. P. 48. 7.
* Ad L. Iuliam de ui publica. P. 48. *6.*
* Ad L. Iuliam de ui publica, uel priuata. C. 9. *12.*
* Ad L. Iuliam maieſtatis. P. 48. 4.
C. 9. *8.*
* Ad L. Iuliam peculatus, et de ſacrilegis, et de reſiduis. P. 48. *13.*
* Ad L. Iuliam repetundarum. C. 9. 27.

* Ad legem Uiſelliam. C. 9. 21.
* Ad municipalem, et de incolis. P. 50. 1.
* Ad SC. Macedonianum. C. 4. 28.
* Ad SC. Orficianum. C. 6. 57.
* Ad SC. Tertullianum. C. 6. 56.
* Ad SC. Tertullianum et Orficianum. P. 38. 17.
* Ad SC. Trebellianum. P. 36. 1. C. 6. 49.
* Ad SC. Turpillianum. C. 9. 45.
* Ad SC. Turpillianum, et de abolitionibus criminum. P. 48. 16.
* Ad SC. Uelleianum. P. 16. 1. C. 4. 29.

ad trientes uſuras pecunia licite mutuetur. *Ut*) N. L. 83.
ad triginta annos res eccleſiaſticas locare. *Ut* liceat usque) N. 120. 3.
adaeratorum. *De* collatione --) C. 10. 28.
adcreſco. *Uide* Accreſco.
addicantur creditori res eius. *Ut* debitore -- numeratam non habente,) N. 4. 3.
addicantur --. *Ne* pro dote mulieris, bona quondam mariti) C. 5. 22.
addicuntur. *De* eo, cui libertatis cauſa bona) I. 3. 12.
adduci --. *Quomodo* oporteat Epiſcopos et reliquos clericos ad ordinationem) N. 6.
* Ademtione legatorum. I. 2. 21.

* Ademtione libertatis. P. 40. *6.*
adeſſe non poteſt. *An* per procuratorem - - agere ualeat, qui per ſe ipſum cauſae ſuae) Dt. 2. 5. *3.*
adeunda - - hereditate. *De* - -) C. 6. *30.*
